



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. De desiderio Dei erga creatura bona opinionis negantis fundamenta & Auctores.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

infimiora adhuc sunt. Primum: quia non minoris bonitatis, & propensionis est ad se communicandum creaturis, quam bonitatis ad se amandum: & tamen libere se illis communicat: ergo, & se libere amat: aut in creaturis nonne est, & bonitas finita, & defectu mixta, quo ab earum productione, siueque aliquali communicatione retardetur? Secundum: habitus nunquam ita impellere potest voluntatem, ut eam antecederet determinat ad actum: ergo, nec infinita Dei bonitas, nec habitus valde intensi impulsu tantopere homines ad conuersas actiones adigant, ut fere naturaliter, atque a natura, ac non à libertate videatur operari: quare consuetudo altera natura merito reputatur. Secundo: habitus voluntatis nihilo viuidiorebus intentionibusque speciebus actuum præteritorum, & captæ de obiecto, & actibus delectationis differre docuimus controu. de anima d. de habitibus aduoluitis: quare, & solum intentionaliter obiectiue voluntatis motus esse per eorum obiectorum viuidiorem representationem: unde negatur facillime consequentia, ea siquidem est: finitum bonum infinitum in genere suo, non autem simpliciter, & è genere, & è conceptu essentiali suo representatione non determinat voluntatem ad sui necessarium amorem: ergo nec bonum iactatum simpliciter & è genere suo infinitum, infinitum etiam simpliciter & è genere suo representatione propensum, ad necessarium sui amorem non determinabit. Nil autem illa illatione peius.

6. Dubitatur tertio: an amor Dei erga seipsum effectus sit? & quidem, si efficacia pro summa voluntatis adhesionem ad bonum, à quo nec per odium, nec per adus suspensionem possit affectiue diuellere ex eius necessitate, & quoad exercitium, & quoad specificationem consistat amor Dei erga seipsum eo sensu efficacem esse: ut autem communis, & vitalisque amoris efficacia actiuitatem erga amatum sonat constat efficacem non esse, cum complacentia & gaudium sit de bono præfente, & possessio ab amato, siue ex complacentia sui in vnaqueque persona Trinitatis respectu sui ipsius, vel ex amicitia respectu personæ alterius: atque efficacia actiuitatis circa agenda sit, nec iam facta essentia sua possit supponere, uti essentia sua complacentia Dei de suis, ac personarum intrinsecis bonis facta iam supponit: quare non, nisi chimerica actiuitas efficacia conditionalis, que in Deum non cadit sub hypothese inuicibilis: si Deus ea non haberet, intrinseca bona, in Dei amore erga se quoque obiectum, & amor destrueretur, cogitari nequit: etsi autem amor hic spiritus sancti necessario productius sit: non tamen ex ipsius complacentia, cum pro priori ad sui processionem non supponatur, ut obiectum per se quarto modo requisitum: quare, quousque pro posteriori sit, amor Dei ad ipsum tanquam obiectum non terminatur: tunc autem de possessis ab ipso bonis gaudium est: quare neque erga ipsum affectiue efficax sed physice, tanquam ad suum terminum terminatur: extrinsecorum autem Deo bonorum (que Deo eiusque dominio materia non autem eius comoda sunt, ut saepe dixi) est amoris Dei erga se, actiuitas sit, non autem efficax: qua erga seipsum amor Dei est, quousque libere ad creata obiecta extenditur.

7. Quarto dubitatur: an Dei comprehensiuus, ac proinde reflexiuus, amor Dei erga seipsum sit? cui affirmatiue responderetur iuxta dicta de comprehensione scientiæ Dei controuers. secunda de incomprehensibilitate à cognitione creata: est enim amor Dei intrinsecam Dei amabilitatem solus adequans: sicut Dei de seipso scientia totam eius intrinsecam cognoscibilitatem: inde, & supra seipsum reflexiuus euincitur, quia, & aliquid Dei, & amabile est: quare ubi primum esse concepitur, concipitur seipsum amare, præntia tamen sui cognitione in quo à Quirio discordo: quia impossibile, imò imperceptibile est, aliquid, ut obiectum quod amari, quin, ut quod præcognoscatur: quomodo autem infinita formatio amoris Dei reflexione opus non sit, neque inferatur, ut seipsum amet, ut quod: constat ex dictis contr. 2. in simili de scientia idque à Deo diuinorum actuum scientiæ, & voluntatis supra seipsum, non solum physice, sed formaliter seu metaphysice sumptos, reflectere proprium esse, ut creatis actibus similibus supra seipsum physice adhuc, nedum metaphysice, sumptos reflexiuus esse

Christoph. de Ortega, de Deo Pno. Tomus II.

repugnat. Sexto dubitatur: an amor Dei erga seipsum non solum in communia, sed etiam in personalia feratur? Respondetur: in omnia de quo aemo dubitat: aut formalissime de specificatione obiecto loquendo non in personalia neque in communia omnia, tanquam in specificatione obiectum feratur, sed in solum essentiam metaphysicam Dei ut constat ex saepe dictis de specificatione formalis amoris diuini.



QVÆSTIO II.

Quo amore Deus extrinseca bona creata vniuersim profsequatur.

1. Affectus voluntatis profectiuus hi vulgo censentur amor strictus, desiderium, quod de nondum habitis est, & gaudium, quod est de iam habitis & possessis: & gaudere Deum de creaturis à se absolute factis certum, citra Theologicam disputationem, ex Genesi est: ubi creata cuncta illico diuinae voluntatis plausus & diuini & coniunctum sumpta excepere illis verbis: *vidit Deus quod esset bonum, & vidit Deus cuncta qua fecerat, & erant valde bona*: gaudium autem siue complacentiam de creaturis nec nobis, nec Deo de ipsis, secundum præfatum possibilitatis statum esse possibilem d. 2. ostendimus, indeque nec circa creata pro eo possibilitatis statu præfatum vltatenus strictum amorem esse posse ostendimus quæstion. 1. certam. 2. quare male illum à Recentioribus contra Aureolum citatis locis q. 1. certam. 1. possibilem supponi potius, quam disputari. Quare de desiderio Dei erga creata bona, atque specie altera ipsius, nimirum, restat hac quæstione de creatis vniuersim disputandum: vniuersum, inquam, de creatis bonis, nam de creaturis rationalibus, qua rationalibus, ac Deum redamandi capacibus, & ad quas proinde, ut aliud obicit, amicitia inchoata Dei amor, siue amicitia affectus ex parte Dei esse possit specialis quæstio quarta instituetur. An Deus erga rationales creaturas propriæ amicitia affectu feratur.

CERTAMEN I.

De desiderio Dei erga creata bona: opinionis negantis fundamenta & Auctores.

1. Quæstionem de Dei erga creata desiderio de nomine esse ait Herize d. 20. cap. 3. quod de grauissimis Theologiæ controuersis asserere plurimum Recentiorum usus, vel abusus potius, est: natus quidem ex alio, quod plerique nuperitata vocum significata, reuertuntur à Philosophis, & Theologis definitiones, quæ disputationibus fixa, & immota principia esse debent, priuato suo arbitrio ac prorsus voluntariè mouent. Hoc eorumque scripta vii scientiarum omnium pestem ab scholis omnibus relegari oportere: quia nulla tandem de rebus disputatione relinquatur: siquidem varietate hac voluntaria significationis vocum, definitionum rerum, permixta in omnibus quæstionibus liberum cuique erit, quo velit modo, vel voce, vel scripto definire: & cum de vocibus, quam de rebus, facilius sit atque expeditior decisio, plures multo erunt, qui laboris radio disputationes solum de nomine esse volent; intactis earum de re difficultatibus, quarum solum & examen, & decisio Theologicum ac Philosophicum sudorem merentur: constat ex dictis q. 1. cert. 5. in quæst. de propria amicitia inter personas Trinitatis, tam disputatione & examine

Q. 2. dignis

dignis; cum tamen Arriaga citatur num. 1. eam quaestio- nem de nomine appellans facile se ab ea lineis pau- cis proinde se expediat: quod etiam in presenti grauiissima de re difficultate eodem prae-textu Recen- tioribus nonnullis contingit, sicut in pluribus aliis.

2. Igitur desiderium Dei erga creata bona omnino negat noster Ruiz d. 52. citat. sect. 7. numer. 3. Grana- dos de volunt. d. 4. pro sua hac negativa sententia refe- rendus S. Thom. cum Ferrata 1. cont. gent. c. 89. rat. 6. fin. & 1. p. quest. 20. a. 1. corp. & ad 2. Caiet. Molin. Zamel. Bannez. Arrubal. Nazari. & aliis communiter ibi. Ca- preol. in 1. d. 45. a. 1. conclus. 5. ego vero nescio quo pacto referre possit pro ea absolute extitisse S. Thom. & Molinam cum ipse d. 19. sect. 11. numero 4. pro vo- luntate Dei antecedente, & secundum quid, seu ineffi- caci, & conditionata de omnium hominum salute, quam nec solum media, quae ex ea apponit etiam intendit, re- ferat utrumque 1. p. q. 19. a. 6. ad 1. sicuti & Bannez. ibi. & Zamel d. 2. conclus. 3. & 4. idem docuere, imò ipse Ruiz ibi eidem doctrinae consentit, eamque explicans sect. 12. init. num. 1. ait voluntatem salutis omnium in Deo non esse simplicem solum complacentiam, nimi- rum necessariam de salutis possibilitate, sed actiuam, liberamque, & partim efficacem comparatione solum mediorum, salutis intentae: è cuius intentione, effi- non cogatur Deus ad ea tribuenda media; quibus homi- num voluntates de facto suae cooperabuntur saluti, ne- que ab hac Dei voluntate resiliunt (id enim intentionis efficacis alicuius finis proprium est) aut cogitur ad ea media apponenda, quae ex parte Dei voluntis, & de- siderantis salutem requisita, & necessario apponen- da sunt, ad effectus seu salutis consecutionem, ita, ut per eum non flet, quominus salus intentae Dei inten- tionem non sequatur, ut explicat numero 2. & conclus. 3. numero 5. voluntatem partim efficacem finis inten- ti à Deo desiderium appellat. Nec video; ad quod affe- ctus voluntatis genus intentionis finis cuiusvis, siue effi- cax, siue inefficax sit proprie spectet, nisi ad desi- derium.

3. Fundamenta sententiae huius negativae ab au- thoritate sunt nulla: à ratione vnicum est, ex Dei aeter- nitati (qua sola suos omnes affectus concepit) & desi- derij natura, & essentiali petium: etenim, sicut gau- dium de solis praesentibus, & possessis actu bonis ei, qui de ipsis gaudet esse solummodo potest, ita & deside- rium tantum esse potest de absentibus, ac deficientibus duratione, qua desiderantur ab ipso, potentibusque abso- lute obtineri. Nihil autem horum habere possunt creata bona respectu Dei: ergo nec desiderari à Deo possunt. Maior desiderij, & gaudij, qua talium essentiali distinctionem ab omnibus designatam continet. Minor probatur. Quia Deus, ut saepe diximus, aeternitate sua, indivisibili, to- taque simul, solum affectus omnes voluntatis suae concipit, non autem tempore nostro, & creata successiva du- ratione: aut aeternitati Dei, cunctaque aliqua temporis, seu creatae durationis particula absolute sunt, fuerunt, vel erunt, absolute praesentia, & coexistentia: nec minus, quam si acta, vel cum acta sunt: à Deo cognita suae aeter- nitati coexistere cognoscuntur iudicio de praesenti (ut saepe diximus, necessariumque ostendimus ad scientiae di- uinae temporalem variationem vitandam) quin aeter- nitatem scientiae diuinae spectantibus praeterierint, vel futu- ra absolute sint, quae respectu temporis, & durationis nostrae creatae (hodiernae verbi gratia absolute non sunt: quia anteriori tempore absolute perierit, ac praeterierunt, vel quia nondum aduenere, quia & duratione subsecutura hodiernam diem primum existant, ac incipient: ergo nihil, quod absolute pro aliqua duratione tempo- ris fuit, est, vel erit, volenti Deo, cuiusque durationi absolute defuit, siue praesens non est, ut desiderari ab ipso possit.

4. Ne verò, ad affectum amicitiae erga rationalia (aequorum complacentia plura, quae ipsis prius decurrunt, poterit Deus pro posteriori tempore desiderare) recunat: pro eo posteriori tempore, & ipsis adesse infallibili- ter, atque aeternitati Dei coexistere, atque ita coexi- stentia & coadstantia à Deo cognosci totaque aeternitate sua de praesenti iudicari aduerte: cum quo ea desidera-

ri ex eorum adhuc complacentia repugnat: cum nemo alteri, quantumvis amico desideret, desiderare pro eo tempore possit, quae videt pro eo ipso ab amico possideri ex iis vero, quae Deus solum inefficaciter, & secundum quid vult, & intendit, quorum absolute existentia, & praesentia praesidio, obesse iuxta praedicta nequit; obesse similis existentia absoluta suo modo suarum negati- um: quae, & absolute suo modo esse, & aeternitati suo modo coexistere pro duratione, pro qua bona illa non sunt, à Deo, tota etiam sua aeternitate cognoscere, & de praesenti iudicare, aequae atque cum absolute eorum negationes posite sunt, certum est. Pro eo autem tem- pore, pro quo aliquid absolute non est ac non esse praenoscitur, desiderari, ut sit non nisi à vetano ali- quo potest: esset enim desiderare, ut duo contradictoria simul tempore iungantur, & coexistant: quod ipsum est desiderium in chimera, seu impossibile, cognitum ut ut impossibile, ferri posse. Haec quidem praecipua sunt negativae sententiae fundamenta, imò fundamenta omnia. Haec tamen intentionibus, cum efficacibus, tum inefficacibus Dei erga creata, quas omnes Ruiz admi- tit, ac fere omnes Theologi reliqui instantur mani- feste. Neque enim intendere quis potest habere, sine (quod idem est) tendere affectu suo, ut habeat, pro tempore pro quo, & habet, & se habere praenoscit; sed neque intendere ut habeat id pro tempore pro quo ea absolutam negationem praesidet.

5. Alia quae afferuntur nullius sunt ponderis. Ni- mum. Nemo desiderare ea potest, quibus ipse non eget; nullo autem creato eget Deus, neque, ut iam, neque, ut melius sit. At, cum amicus possit eis ege- re; poterit ea ipsi ex eius complacentia optare. Se- cundum. Neminem desiderare posse, quae in sua pon- state habet, ut absolute obtineat, si velit, & quo tem- pore, & modo velit: ut Deus creata omnia in sua ha- beret potestate: sed antecedens est aperte falsum: illud enim, si velit, desiderium, & voluntatem illa habendi necessarium importat; quod altera antecedenti parte negatur, contra inefficaces Dei ferias voluntates eorum, quae absolute nusquam erunt (salutis, verbi gratia, ex- proborum) habet obiectio speciem difficultatis mi- norem, adhuc autem leuem, ut videbimus inferius repe- re merito Ruiz eis probationibus pro conclusionem suam diffidit: tamen ex eis priorem, praecipue copulatam pos- teriori, aliquid pro conclusionem praestare censuit: quod ego non assequor: est siquidem vniuulque probationum medium omnino diuersum: quare, neque alterum al- tero, quod vim in se probandae conclusionis non ha- beat, ad eius probationem minimè iunari potest.

CERTAMEN II.

Datur in Deo desiderium proprium erga creata bona, & quae absolute sunt, & pleraque, quae absolute non sunt.

1. Desiderium proprium Deo absolute non possit solum, sed de facto adesse expressa conclusionem defendunt Vasquez 1. p. d. 84. §. 1. à med. Soares 1. de attrib. cap. 7. num. 4. Herize d. 1. c. de voluntate cap. 1. num. 19. qui de desiderio Dei erga omnium hominum sa- lutem loquuntur: quare Herize ad bona creata quae à nostra libera voluntate pendent conclusionem testatur: cum autem quorundam salus absoluta sit, quorundam vero absoluta non sit, sed nusquam obtinenda; ea re- strictione conclusionem nostram non limitat; etiam po- tiori rationi Arrubalis extremè ex propositis pro conclusio- ne negativa acquiescent: altitans rationem boni non habiti, quod in bono desiderato proprie requirit S. Th. 2. 19. a. 2. ad 2. intelligi de non habito in potentia, abso- lute nimirum: quomodo in Dei potestate non habentur,